Secundum exercitiũ: uel motus: sub quo cõpre hendítur & qes. Tertiũ dicitur cibus & potus. Quartum in anitio: & repletio. Quintum som pnꝰ: & uigilia. Septimum anime accidentia & nos dicemus de singulis.

De continente.

Continens ut consideratur a Medicis, dicit esse duplex uidilicet uniuersale: & particulare: seu comune & proprium. & dicitur uře uel comune illud ꝙ est comune omnibus hominibꝰ, ut aer. & dicitur particulare illud quod est propriũ cu iusqꝫ indiuidui. ut uestis & quodlibet cohoperi mentũ. aut quod est paucoruꝫ. Vt mansio queli bet. uel habitatio. Dicamꝰ igiutr prius de con tinente comuni, quod est aer.

De Aere.

Aer consideratur a Medicis dnpliciter unomo do, inquantum inmutat corpora nostra. Alio modo inquantuꝫ in mutatur in se ipo. Secundũ consideratur propter primum. nisi enim Aer in mutaret corpora nostra, in quantum nos sumus corpus sanabile. quod Medicus semper conside rat. Non consideraret Aer a Medico. In mutat autem Aer corpora nostra multipliciter. secun dum multiplices eius differentias, quibus in se ipso in mutatur, quas dicemus & hoc tam isup ficie respectu partiũ. ipsi aeri detectaꝝ.

quam inprofundo · respectu membrorum adque natura ordinauit ipsum aerem penetrare propter necessitatem . & utilitatem: propter necessitatem . ordinauit natura ipsum penetrare ad omnia illa membra in quibus reperiuntur sensibiles meatus . & uie . quibus penetrare posset . Talia autem sunt cor: & cerebrum: ad que per os: & nares . mediantibus trachea: pulmone: & pectore: continue transit: ad refrigerandum cor: & alterandum & nutriendum spiritum: tam uitalem quam naturalem . Propter utilitatem uero: fecit ipsum transire ad omnia membra mediantibus poris cutis, & aliorum canalium siqui sunt, non habentium tamen, propter hoc, aditum manifestum, ad aliquod particulare membrum . ut sunt aures: & nares: & similia . In mutat autem aer corpora nostra dupliciter . per se . s . & per accidens : quod etiam facit tripliciter . s . qualitatibus . substantia · & utrisque . Qualitatibus autem ad huc dupliciter . primis . s . & secundis . Primis iterum quatruplicit . secundum quod . quattuor sunt qualitates prime elementorum . quibus aer ipse informatur . calida . s . & frigida . sicca uel humida . Quamuis primo & principaliter: per se habeat aer semper humectare quum sit per se humidus in summo per accidens autem habet in pluribus dispositionibus exiccare, ut dixit Abohali, propter uirtutem quam accipit a sole: & a stellis: & agentibus aliis particularibus . Similiter etiam aliquando sic per accidens infrat

& calefacit. Virtute cal efaciendi. uel infrigidā di aquisita ab igne. &aqua. & terra. & adispositionibus uentoru3: a quibus aer diuersimode inmutatur, ut dicemus, & his qualitatibus solis. in mutat aer corporis superficiem. Sed profundum eius in mutat, & his: & aliis: isensibibibus dictis secundis. & etiam substantia. Sunt aute3 qualitates: secunde qb9 Aer secūdo informatur. & quibus in mutat corpora nostra. Luciditas: & tenebrositas. puritas. & in puritas. nubilositas. & serenitas. salubritas. &morbositas. Quamuis quidam dicant has duas ultimas qualitates esse substantie. cuius proprie sunt grossities. & subtilitas. Quibus sic diuersimode Aer imutatur: ut diuersos: & uarios: ac interdum mirabiles effectus, respectu corporū nostrorū, inducat. Quapropter dicitur q Aer subtilis: & purus: & lucidus: spiritus & sanguinem subtiliat. clarificat. & depurat. Cor letificat. & mente3 serenat. Corpus leuificat & digestionem: omnibus membris festinat. Quandoque uero propter informationem quam ipse recipit a causis extrinsecis quas memorauimus & quas paulopost etiam dicem9: ut puta a Stellis. aut Animalibus. aut Plantis. aut Mineralibus. aut aliqua alia insensibili uirtute, inmutatnr adeo efficaciter: ut alicubi ue-

Aer
pestifer — tiriacalis

nenosus & pestifer fiat: alibi uero adeo tyriaca-
lis ut ibi aut nihil: aut paruz: a uenenis: uel re-
bus uenenatis. Corpora ledantur: sicut fit, ut di
citur, inquibusdam ynsulis Ybernie inquibus
corpora mortuorum, Aeri exposita, nunquaz in
cinerantur. Interdum uero propter has causas in
primit adeo ut spiritum, & cerebrum: adeo tem
peret, & illuminet: ut preter solitum, eleuetur
ad occulta intelligibilia contemplanda, & etiam
, ut dixit Arnaldus, adspeculandum futura. &
uniuersaliter ad omnes actus rationis expedite
perficiendum. Interdum uero, ut etiam idem di
xit, perturbat adeo mentem ut rationem permi-
sceat, uel etiam totaliter auferant atque liget.
Facit & alios effectus aer, per accidens multos:
quos quia sunt pene infiniti: pertranseo. Dicens
de ipsius inmutatione quę fit ab extrinsecis cau
sis ut pormisi quod etiam supra aliqualiter feci
quum dixi, ꝙ ipse inmutatur a stellis: & anima-
libus: & plantis: & mineralib9: & dico nunc. ꝙ
aer mutat a stellis: sed maxime a sole: omni tem
pore, sed potissimum in quadris anni: uere scili
cet estate. Autũpno. & hyeme. & maxime inme
diis temporib9 ipsaꝝ qbus, aer excellenter muta
tur. de temperato incalidum. & de calido insic-
cum. & de sicco infrigidum. Est eniz uer: tempe
ratum, ut dicit Galenus in libro complexionũ.

Estas est calida. Autūpnus sicc⁹. & hyems frigida. & a Luna ī quadris mensium: inquibus muetatur de calido in frigidum: & econuerso. & de humido insiccum. & econnerso. & a Canicula in estate. & ab arturo in hyeme. & similibus. Mutatur etiam aer ab Elementis: ut ab Igne: sicut manifestatur in locis in quibus abundant fornaces. & ab aqua: sicut manifestatur ī Regionib⁹. Ciuitatibus. Oppidis: Castellis, uel uillis. circundatis a Mari: Fluminib⁹. Lacubus. Stagnis Paludibus. Fossis & similibus. & a terra dupliciter. merito substātię: & merito situs: merito substantie: tripliciter secundū q̄.

De differentiis seu modis terrarū.

Omnis terre differentia est triplex. Est enim oīs terra aut lutosa & pinguis: aut arida & sabulosa: aut arida & petrosa: prima reddit aerē grossum & frigidum. Secūda frigidū & puluerolentuȝ. Tertia frigidū & pur℞. Merito sit⁹ inmutat aer quatrupliciter secūdū quatrupliceȝ eius differētiam. Oīs. n. terra sita ē aut inuertice mōtis. aut in eius decliuio. aut icōualle. aut in libera planitie. Harū prima redit aerē frigidū & pur℞. secūda min⁹ frigidū & min⁹ pur℞. tertia ad huc ipuriorem. sed & frigidioreȝ hyeme: calidiorem uero estate. quarta reddit ipȝ in omnibus mediocrit se habentē nisi merito afflatus uentorum aliter

diſponatur. in mutatur enim Aer terrarum pro pter uentos multipliciter inqualitatibus & in ſubſtantia ſecundũ ꝙ multiplices ſunt uenti. & multe ſunt eorum diſpoſitiones.

De uentis.

Sunt autem Venti omnes aquibus diuerſimode tam in ſubſtantia. q̃ inqualitatabus Aer imu tatur. duodecim. uidelicet. Snbſolanus. Fauonius. Septentrio. Meridies. Boreas. Vulturnius. Eurus. Nothus. Affricus. Zephirus. Circius. Corus. Iſtorum autem quattuor dicuntur pricipales. ut ſunt qui principalittr a quattuor: Celi cardinibus uenientes Aerẽ inmutant: uel ad ſiccũ: ut Septẽtrio. Proquo cõmuniter ſumi tur Boreas: quamuis ſit Boreas unus exſuis collateralibus: uel ad humidum: ut Meridies: uel meridionalis: quem ſumumt ſub nomine Auſtri. Quorum duorum tanta dicit Ippocrates in afforiſmis. uł ad calidum: ut ſubſolanus: qui nobis ſufflat apartibus orientis: uel ad frigidum: ut Fauonius: qui occidentalis eſt ſubſolano oppoſitus. Abhis enim Aer interdum inmutatur adeo/ut cuius uis alteri⁹ agentis: uiꝫ reprimat: atqꝫ obtundat. Inmutatur quoque Aer ab animalibus non proprie: uel ſtricte ſumptis: ſed in proprie: & ut dicuntur large: procadaueribus:

& morticinis ac superfluitatibus : aquibus Aer inmutatur . alteratur . & corrumpitur : aliquando etiam pestilens efficitur · Mutatur etiam Aer aplantis aut fetidis : ut sunt ficulnee maligne sambuci & nuces & similes : aut aromaticis : ut sunt plures in Egipto : & in Arabia : Patet autem ꝙ a primis aer corrumpitur & inficitur : ab aliis uero incolumitatur & perficitur . Sed a Mineralibus in mutatur etiam Aer secundum naturam & dispositionem minere : sicut experientia mostrat ꝙ a Minera sulphuris calefit & exiccatur : & a minera antimonii exiccatur solum : sicut etiã a minera salis : uel aluminis uel cuislibet alterius : inmutatur & alteratur secundum sui propriam naturam : propter ꝙ dicitur ꝙ ab illis lapidibus quos Arabes uocãt Bezaar . Aer aromatizatur interdum & tyriacalis efficitur & alia similia de Aere dicuntur sed ad presens : ne amplius prolongemns : ista sufficiant . Dicamus de mansione seu hahitatione .

Bezaar

De Mansione seu habitatione

Omnis mansio uel habitatio inmutat Aerem multipliciter . quia aut in mutat ipsum merito materie : aut merito forme : aut merito quantitatis : au merito artificii : aut merito situs : aut merito Incholatus . Sed merito materie in mutat

mansio aerem secundum q alia fit de cemento: & lateribus. Alia uero de paleis uel lignis. & patet q prima reddit aerem frigidiorem. Alia minus frigiduz: sed merito forme: mansio inmutat Aerez: secundum q una est multum fenestrata. & spiraculis multis abundās. Alia uero est fenestrata parum: uel spiraculis omnibus carens patet autem q prima reddit aerem purum & frigidum: respectu alterius. Alia uero impurū: & minus frigidum. Similiter fit ex parte quantitatis, in quantum una est magna, alta, longa. & spatiosa. Alia parua. angusta. breuis. stricta & sine spatio. Et manifestum est quod prima cōstituit Aerem bene euentabilem. transpirabilem. puruz. frigidum. Alia in omnibus econuerso dispositum. Simile huic accidit merito situs. in quantuz una mansio sita est in subterraneis. alia in terre superficie: & patet q utraq; afficit Aerez ut predictum est. Quia scilicet prima impurum ipsum reddit. Alia non sic. Hoc idem manifestatur ex parte incholatus. Certum est eniz q Aer domus habitate est in omnibus. dispositionibus melior inhabitate uero est in omnibus deterior. & hec dicta sufficiant de continenti: siue uniuersali: siue particulari. quantum ad immutationem aeris.

Dicamus nunc de ipso quantum ad ea qua continent : uel cohoperiunt corpus nostrum . ut sunt uestes. & alia omnia cohoperimenta. qualiacunq;. ac qualitercunq; facta. & exquibuscũq; assumpta.

De uestibus cohoperimentis.

Omne cohoperimentum seu uestis · Suscipit diuersitatem aut exparte materie. aut exparte artificii. Ex parte materie dupliciter. inquantum omnis talis materia summitur. aut ex plantis. aut ex animalib9. ex plãtis. aut exsimplici cortice. ut in lino. & canabe. aut ex lanugine floscu li. ut ĩ bonbace. Ex animalib9. aut ex membris. aut ex humiditatibus. aut ex utrisq;. ex membris. accipitur corium. dequo fiunt operimenta quandoque manibus. ut cyroteche. quandoq; pedibus. ut calcei. quandoq; uentri. ut cingulum. Ex super fluitatibus. operimenta fiunt aut de pilo. ut lanea uestis. aut de humiditate: saliuali. ut uestis de syrico. Abutroq; summuntur operimenta quę fiunt de pellibus. Quarum quedã sũt aromatice ut zibelline dicte & marturine & similes. Alie sũt fetide ut q̃ sũmunt̃ animalib9

holentibus . quorum ſpecies ſunt multe . quas breuitatis gratia pretermicto. Exparte artificii uariantur cohoperimenta multiplicter : ut pa-tet: quia merito filature: groſſe: uel ſubtilis tex ture: denſe: uel rare loture. ul' conditure: ſimi-lis uel diuerſe: ſimplicis: uel compoſite. recen-tis. uel antiq̃ȝ. fumigate. uel non fumigate. odo riſ. aromatici ul' grauiſ. Tincture. ſimiliter plu rimode. & diuerſe. ſecundum has omnes diffe-rentias predictas. Poſſem hic & alia dicere mul ta ſectatus Platonis atq̃ȝ Galeni dogma diuidenſ predicta adminutiora : ſed quia eſſet a poropſi-to deuiare ideo hęc pauea de his dicta ſuffici-ant. & ſimul de toto continenre. que fuerat pri ma rerum nonnaturilium principalium aſſum parum. Agrediamur ſecundam que ſicut fuerat dictuȝ impartitione prima: eſt exercitiū.

De Exercitio.

Exercitium a Medicis ſummitur dupliciter. Vno modo large. ꝓ omni actione cuiuſq̃ȝ mem bri. ſecundum quem modum dicimus, oculum exerceri iuidēdo. Aurē i audiēdo. iſtrumētū ol factus. in odorando. Dētes i maſticando linguā iguſtādo. & loq̄ndo. meri itraſglutiēdo ſtomacū

indigerendo. spiritualia. in hanelando. tracheā artariam. inclamando & similia.
Alio modo stricte: solum pro motu locali: quez dicim⁹ esse duplicē: Actiuū. uz. & passiuū: & dicim⁹ actiuū illuz q fit ꝓpriis. lacertis. & iuncturis. & proprie ab eo: cuius est motus: secundum quem modum: mouetur quis: dū proprio incessu mouetur: de uno loco in alium.
Et dicim⁹ passiuū illū q fit in aliquo a motu: uł per motum alterius mouentis: ut contingit his qui mouentur equo: uł naui: cuna: uł ulnis: seu brachiis: & similib⁹.
Huius aūt motus alius dicitur uniuersalis: ut ille quo totū corpus mouetᷣ. Sicut peditatio: eqtatio. nauigatio. uł similis. Alius particularis. ut ille q fit aliquo ꝑticulari membro. Sicut scribē do. pingendo. suendo. uel similis quo motu: sola mouetur manus: aut ipsa & brachiuz. Istorū: ali9 dicitur equalis: alius inequalis. Equalis dicitur ille: quo equaliter: & uniformiter: omnia corporis membra mouentur: ut contingit in ludo parue sphere: & in lucta. In equalis uero dicitur ille in quo aliquod membrū plus aliis laborat: ut pedes inpeditando. man⁹ in idolando uł secando: brachia & dorsum. i fodiēdo & similia.
Patet aūt ꝙ omnis talis motus: uel omne tale exercitiū. potest esse multū uel paꝝ. uł mediocris

spontanei lassitudines morbos indicant

laboriosus. Pateat aut quod talis motus laboriosus. uel talis labor ex motu: uel a motu factus: nō est ille q consideratur ab Ippocrate in afforismis, quū dixit Labores spontanei narrāt morbos. q labor a. G. in comento dicitur esse triplex. sicut tres sūt cause a quibus causari potest. quas ego imediate dicam.

De labore spōtaneo.

Omnis labor spontaneus dequo loquitur Ippo. in afforismis: & G. in comēto: est triplex: quia aut ē sicut dolor uulneris: aut sicut dolor tethani. aut sicut dolor apostematis. Quorum primus sicut dixit. G. fit exmalis chimis. secundus ex humorum abuntantia. tertius ex utroque. Sed redeamus ad motū, cuius sermonem quantū ad presentem incisionem spectat, iam compleuimus. Patet autem quod simul compleuimus & sermonē de quiete: quum ipsa sumatur processatione a quaquūque actione: & quoque exercitio. siue sumatur motus uel exercitium large: siue stricte. Patet similiter quod que de motu spontaneo hic adduximus: quamuis fuerit extra incisionis nostre propositum: propterea tamen hic iteximus, ut nihil remaneret, quod considerandum Medico occurrere posset quin illud aliquomō hoc nostro paruo breuiario tangeretur. Non uidebatur autem locus conuenien

dolor

tior: ubi essentialiter loquendo/comodius: uel rationabilius: adaptari posset: propter similitu-dinem & conuenientiam eius cum labore proue niente ex motu. Inquo initati sumus Galenum: qui simile fecit-super afforismo Ippocratis alle gato/uidelicet de labore spontaneo-qui ibidez: & de labore exmotu: mentionez fecit. Nos uero fecimus econuerso: quia sermoni delabore pro-ueniente propter motū/miscuimus-sermonem de motu spontaneo/propter causam dictam. Sci mus tñ quia proprior eius locus fuisset inferius in hac eadem parte theorica: quum loquemur de dispositionibus corporis-interquas men-tionem faciemus de dispositione neutrali ad quam: predicti labores spectare uidentur: quuz uideantur/esse dedispositionibus pertinenti-bus ad neutrum decidentie: sed quare hic eum intexerimus-iam diximus. Qua propter iam dimictentes sermonem de eo dicamus-de cibo & potu.

De cibo & potu.

De cibo ergo & potu dicturi quod comunit̃ su-mit̃ uel intelligitur sub nomina nutrientis dica mus ipsum esse duplicem: quorū un9 dicitur ta lis p se ali9 dicit̃ talis paccñs. & illę q̃ dicit̃ talis p se est qui proprie appellatur cibus. sicut ille q

dicit talis p accñs pprie appellat potus. cib9 ergo qui dicitur talis per se & est cibus pprie sumptus & dicit a. G. esse illud de cuius proprietate est: ut augeat substantiam nostri corporis: & addat in eam. Auerrois uero dicit cibum esse quod ponit naturaliter ptes cibati in specie nutriti. & Aui. dicit cibũ esse id q mutat a corpore nostro absq hoc q mutet ipsum. q̃r sequitur ipsum nõ agere, sed tantum pati a corpore. absq hoc q agat in corpus. Et dicit Arnaldus q ipse patit a corpore triplicẽ transmutationem. u3. unam in concauo stomachi, qua connertit in chilũ. aliam in concauo epatis, qua conuertitur in sanguinẽ. tertiam in substantia membrorũ, qua conuertit & mutatur in esse cuiuslibet membri. & hęc ultima conuersio: uel hic ultimus transmutationis terminus. est, ad quem natura corporis intẽdit: & est substantia membri. in quam quum conuertitur: dicit pprie cibus. ul nutriẽs actu. Oĩs. n. cibus secundũ. G. dicit esse duplex. quia aut dicit talis actu. aut dicit talis potentia. & dicit cibus talis actu. pprie ille qui ponit ps membri loco eius quod resolutũ fuit de substantia ipsius. assimilatione perfecta. & dicit cibus talis potẽtia: ille qui nondum est, sed futurus est talis. & hic iterum dicitur esse duplex: quia aut est talis potentia propinqua: aut est talis potentia remo

ta: & iterum qui est talis potentia remota: est duplex: quia aut est talis potentia remota, ut dixi, aut est talis potentia remotissima: & potest etiaȝ addi magis remota. In potentia ergo propinqua dicitur esse cibus, posquã iam factus est sanguis: in potentia remota dicitur posquã factus est chilus: ĩpotentia remotissima dicitur duȝ manet adhuc extra corpus, subforma panis: uel carnis: uł alicuius alterius edibilis. In potentia ad huc magis remota dici potest, dũ est subforma tritici: uł herbe: uł similis. Et hoc ẽ illud qđ dixit. G. decibo ĩlibro cõplexionũ dũ dixit auctoritate Ippo. cibũ eẽ triplicẽ quoꝝ un⁹ ẽ ꝓre cib⁹ &c̃. A. dicit ꝙ nutrimẽtũ ciboꝝ alia sũt quoꝝ natura uicinior ẽ substãtie sanguinis: ut uinũ: & uitella ouoꝝ: & aqua carnis: & alia quę sunt parũ longinqora ut panis: & caro: & alia q̃ sunt ualde longinqua: ut nutrientia medicinalia. Et dicit iterum Aui. ꝙ omne id quod comedit̃ & bibitur: in corpore humano tribus operatur modis: qa aut facit operationem in ipso sola sui qualitate: aut sui materia: aut tota sui substantia. Sui qualitate operari dicit cibũ q postquã calefact⁹, aut frigefact⁹ fuit a calore nostri corporis: corpus ipȝ nostruȝ: uel calefacit: uel ĩfrigidat. Sui materia dicit operari illũ, q recipit formam alicui⁹ diuisionis mẽbrorũ humanorum. Similiter sui substantia di-

cit operari illũ qui sua agit forma specifica. For mam aũt specificam: illã dicit esse, qua aliqd est id quod est. & subdit iterum Aui. materiaȝ cibi operantis sua qualitate: non habere igressum in ope. sed illum q operat̃ sui materia: dicit esse id cuius materia: quũ alteratur: alteratione quam i ea facit uirtus q̃ est i corpore. de substantia quã habebat: restaurat id qđ ex eo fuit resolutũ primo. & accẽdit calorem i natuȝ. propterea ꝙ i sanguine facit augmentũ secundo. et etiam operat̃ suis qualitatibus q̃ remãserunt i ipso tertio. Arnaldus uero aliter eius effectꝰ manifestat ordine ꝑpostero ab Aui. dicit. n. ꝙ cibus prima sui trãs mutatione, qua a natura nostri corporis trãsmutat̃ passiue, stomachũ primo & itestina, p q̃ transit, & meseraicas aliq̃tulũ nutrit. In secũda uero ut dixit, sanguinem auget in uenis & i epate. & in corde. & i arteriis. pp ꝙ & calorem naturalem multiplicat. & totũ corpus p consequens, naturaliter calefacit. In tertia uero nutrit. & icrescẽtibus auget mẽbra. & cõfortat ad actiones pficiẽdas, substantiã deperditã restaurando. & imobilibus & extensibilibus membris. uelut carnẽ. & pinguedinẽ augmentando. Et nos dicemus iterȝ ꝙ cibus: ut colligitur ex dictis Galeni in libro de euchimia. & cacochimia. & in libro de uirtute alimentorum. & in aliis. similiter. & aliquali

ter ab Auicena secūda primi Canōn. & ab Arnaldo in speculo. ad huc recip. alias diuisiones & diuersitates. quę omnes attenduntur & considerantur penes materiā: penes substantiā: penes quātitatem: penes qualitatem: penes ordinē: penes numerum: peres pparationē. Quantuȝ igitur ad diuersitatem consideratam. uel attentam: expte materie. dico omnem cibi diuersitatē cōsiderari & attendi dupliciť. secūdū ꝙ oīs cibꝰ aut sumiť exterre nascentibus aut ex animalibus.

De materia cibi & potu sumpta exterre nascentibus.

Ex terre nascentibꝰ aut ex granis. aut explātis. Si ex granis. aut de tritico. aut de ordeo. aut de spelta. aut de auena. aut de milio. aut de siligine aut de faba. aut de aliquo simili. Si ex plantis. aut ex Oleribus. aut ex Fructibus. Si ex oleribꝰ aut ex herbis. aut ex radicibus. ex herbis. ut caules. Atriplices Spinachie. Blete. Lactuce. Endiuie. Boragiēs. & similes. Exradicibꝰ. ut Pastinache. Raphani. Nauoēs. rape. & similes. Si exfructibꝰ. aut collectis đ terra. aut đ arboribꝰ. de terra. ut cucumeres. cucurbite. meloēs. angurie. citruli. & similes. subq̄ cōsideratiōe uenire possūt fūghi. & tuberoēs. Si exarboribus. aut domesticis. aut siluestribꝰ exdomesticis. ut sūt ficꝰ. uue amigdale. psice. auellāe. nuces. prune. cerasa.

Poma. Pira. Citonia. Nespila nux tam basilica: q̄ auellana. & cetera similia: & illa iterum aut ut colligunt᷑ recētia. aut per temp9 reseruata. & illa aut siccata. ad solem. uel ignem. aut non siccata. & similia. Ex siluestribus uero ex predictis multi: & alii proprii. ut lambrusci. castanee. glādes īnecessitatis tempore & similia.

De Animalibus.

Si uero sumitur cibus de animalibus. tunc aut sumitur ex terrestribus. aut ex aquatilibus. aut ex uolatilibus.

De Animalibus terrestribus.

Si ex terrestribus. aut domesticis. aut siluestribus. Ex domesticis. aut ex ipsorū superfluitatibus. aut ex propriis substātiis. Ex supfluitatib9. ut lac: & lacticinia: quę ex lacte fiunt. ex substātiis. aut ex ipsis totis. aut ex ipsorū partib9. Animalia domestica ex quib9 sumūtur uel tota. uel partes. sunt Edi. Agni. Arietes. Vituli. Boues. Porci. Hirci. Bubuli. & similia. Siluestria uero sūt. Cuniculi. Lepores. Capri. Cerui. Apri. & similia.

De uolatilibus.

Verum si sumatur cibus ex uolatilib9: tunc aut sumitur ex domesticis ut dicebat᷑ pri9. aut ex sil aut ex ipsorū fetib9 ex ipsis uestrib9. Si ex domesticis. aut ex ipsis uero summunt᷑ ꝑprie: uel sūt.

uolatilia domestica qbus utimur: ut Galline. Anates: Anseres: Colūbi: Pauones: Turtures: & similia. Ipsorum fetus sunt. Oua. quę ex Gallinis sumpta sunt meliora. & proprie recētia sorbilia. aut tremula in aqua: uel ad igné decocta. Alia uero sūt minus bona. Verū ex siluestribus sumptus cibus. aut sumitur exmansuetis. aut ex rapacibus. Ex mansuetis. aut aquatilib9. aut nemoralibus. Ex illis. aut captis auibus. aut sine auibus. Sine auibus. aut retib9. aut laqueis. aut uisco. aut aliter. & quomodoqunq3. aut ex ipis magnis. aut paruis: aut pinguibus: aut non pinguibus. aut seruatis incaueis. aut non seruatis. aut quomodolibet aliter aceptis. Si exrapacib9. tunc illud certum est ꝙ pauci eorū ueniūt iusu3 cibo: nisi in quibusda3 dispositionibus oculorū uel calculi. Accipitres. & quę sunt eius generis.

De Aquatilibus.

Si uero sumitur cibus deaquatilib9. tūc aut summitur ex Aquis marinis & salsis. aut de non marinis & dulcibus. Ex his autem. aut de fluminib9. aut deLacub9. aut de Stagnis. aut dePaludibus. aut de Fossis. aut de similibus. Ex omnib9 autem. aut magni. aut parui. aut squamosi. aut sine squamis. & squamosorum. aut multarum. aut paruarum. Omnium autem. aut figure fede & monstruose. aut nec fede. nec monstruose. &

itez aut cuz branchiis & pinnis. aut sine illis. & q cũ illis aut pluribus. aut paucioribꝰ. Quoruz oĩuz species plures sunt & diuerse, quas disticte noscere qui uult, & cũ his spẽs animaliũ terrestri um & uolatilium. similiter & terre nascentiuz: ex quibꝰ cibi sumunt legat libros Galeni de Eu chimia & cachomia. de subtiliante dieta. de Ali mentis de uirtutibus alimentorũ & similis: Si militer legat libros de natura de partibus: & de generatione animalium Aristotelis: uel legat li bros de sophista & alios. Platonis. ibi. n. abun dantius q̃ quis desiderare possit, omnia iueniet. nostrum. n. non est hic agere cuncta. sufficiant ergo ista pro cibi materia.

De Substantia cibi.

Dicamus ergo de eius substantia. Cuius differen tie attendunt & considerantur ex parte subtili tatis grossiciei. & mediocritatis. secundũ ꝙ oĩs cibꝰ dicitur subtilis. uel grossus. uel mediocris. Dicimus aũt illum cibũ subtilez q ab indigente temperato sumptꝰ uelociter alteratur ab eo & ci to resoluit. ut succus pullorum. & uinum subti le. & uitellũ oui recentis: Grossum uero dicimꝰ illũ, q est ꝑdicto in oĩbus contrarius, ut caro ue teris galline. Mediocrẽ aũt dicimus, qui ẽ inter predictos mediocris. ut caro galline ãnualis me diocris. & panis triticeus ẽt mediocris: i tẽpore

& artificio. Sȝ ex pte quãtitatis differt cib⁹ dup plíciter secundũ ꝙ dupplíciter consideratᷣ. s. ex parte molis uł ponderis. & ex pte ꝓprii effect⁹. Ex pte molis uł põderis secundũ ꝙ alius dicitur multus. alius paucus. alius mediocris. Dicitur aũt cibus multus. uel paucus. uel mediocris non absolute, quia sic forte nullus esset multus. uel paucus. sed respectiue. respectu. s. eius qui ipȝ summit. uel sumere debet. & sic illę cibus dicitur multus qui multam extensionem. uł grauitatem, uł repletioné facit in stomacho. & illę dicitur paucus: qui non sedat famis appetitum, uł non sufficés est replere uacuetates mébroꝝ secũdum debitã exigentiã eorum. & illę dicitur mediocris qui nec extensioné facit, nec inanita mẽbra dimictit. & hoc dico attendendo potius ei⁹ mensuram, q̃ effectum quamuis ex quaqunqȝ mẽsura assumpta proprius eius sequatur effectus. Exempla de predictis sunt manifesta in his qui multã cibi quantitatem, quo ad molem, assummunt: & in his qui assummunt parum: & in his qui mediocriter. Sed ex patte effectus, considera tur cibus multus: uel paucus: uel medriocris. secundum ꝙ alius dicitur multum nutrire alius parum: alius mediocriter. Hoc autem totum est dupplíciter. s. & quantũ ad durationem temporis. & quantũ ad mensuraȝ nutrimẽti. primo mõ dicitᷣ multũ nutrire cibus q diu ad heret mẽbris

& tarde resoluitur ab eis. ut panis boni tritici & caro uaccina. & oua elixa dura & similia. Secundo modo dicitur multum nutrire cibus ex quo multꝰ sanguis generatur. qualis est illȩ qui paucas superfluitate: sul feces: generat. & qui fere totus mutatur in chilum. Cuiusmodi sunt uitella Ouorũ. & Lac. & Vinũ. & Laudabiliũ carniũꝫ succus. & Panis de pulpa frumenti. moderate cõfectionis. & temporis.

De Qualitate cibi.

Sed ex parte qualitatis considerat᷑ cibus ad huc dupliciter scilicet ex parte qualitatis actualis. & ex parte qualitatis potentialis: uel uirtualis. Primo modo consideratur qualitas cibi actualis: secundũ ꝙ ipse est actu calidus. uel frigidus. liqdus: uel solidus: uel aliter. Ex parte qualitatis uirtualis dupplicit᷑. secundũ ꝙ alius dicit᷑ temperatus. aliꝰ distẽperatꝰ. q̃uis Ar. n. dicat ꝙ ois cibus: inquãtũ cibus: uel nutriens: sit tẽperatꝰ. sed itelligit de eo ꝙ ẽ uere cibus actu: nõ potẽtia nos aũt hic loqmur de cibo q est talis potentia: cuius supra dixi esse multas differẽtias: de quo loqtur & Iohannitius in ysagogis. diuidens ipꝫ in bonũ: & malũ: pꝫ aũt q: bonus: est tẽperatus. malus distẽperatus: & dicamus sicut ipse dicit cibũ bonum esse: q bonũ generat sanguinem: ut panis mundus recens bene fermentatus. & caro

panis recens opirus

ānualis Agni & Edi: Malus uero esse q̄ malū generat sanguinem. sicut panis, ut idem dicit, opirus: non recens: & bouina: & hircina. caro uet9 & similia. Horū uero ciborū quidaʒ dicitur grauis: ut caro bouis: & porci: qdam leuis: ut caro pullorū: uel pisciū mediocriū: & magis nobiliū & squamosorū. Et dicitur preterea q̄ ciborū generantiū humorem malum. alii generant ipʒ flegmaticū: ut caro agni & porci: alii coleticū. ut sinapis. & allium. alii melancolicum. ut lens. & caulis: & caro uetus caprina: uel bubulina. &c̄.

De Numero cibi: uel cibandi.

Sed ex parte numeri ad huc differt cibus multiplicitér. secundū q̄ uel sumitur sepe. ut ipueris: uel aliis sic assuetis: qui sepe comedunt indie: uł raro. ut in adultis: & hoc dupliciter. uel ob p̄cepū ut ireligiosis. ieiunantibus. & in aliis. propria uolūtate: uel coacti necessitate: semel tm̄. uel minus indie sumentib9: uel mediocriter: ut in his q secundum cōmunem cōsuetudinem. bis sumunt in die.

De Ordine cibi.

Ex parte uero ordinis similiter cōsideratʳ depł̄r secundum q̄ seruatur debitur ordo: uel nō seruatur. seruatʳ aūt qn̄ preponitʳ preponendus. & postponitʳ postponēd9. nō seruatʳ aūt qn̄ mutatʳ ordo q2. s. aut preponitʳ: nō p̄ponēdus. ut solidus liq

do. aut posponitur non posponendus, ut liqdus solio. aut debito modo paratur ut quũ precedit liquidus: & solidus sequitur.

De Preparatione.

Ex parte uero preparationis similiter multas recipit cibus diuersitates. Quarũ prima ẽ q̃ oĩs cibus. aut sumit̃ crudus. aut coctus. & si coctus. aut elixus. aut axus. aut frix⁹. aut aliter quomõquunq; diuersimode p̃paratus. & iterũ. aut solus pse. & simplex. aut cũ aliis mixt⁹. q̃ qdẽ mixtio p3 q: potest eẽ multiplex & diuersa. de q̃ tñ dicere gratia breuitatis ob micto. eẽt. n. aggredi materiã longã, & potus ptinentem ad coqnariam. q̃ ad mecicinã. Quamuis & ipsa conquinaria ut patet, sit pars medicine. propter quod ĩ libro coquinarũ Cagizen Abusamen dixit Iohemor. ut quarta afforismorũ dedietis medicinis & cibariis refert Rasis. regum coquus debet esse medicus. Sed de his ista sufficiant. dicamus de potu.

De Potu.

Omnis pot⁹ secũdũ q̃ de eo medici determinãt considerat̃ tripliciter. q: aut cõsideratur secundũ q̃ ẽ pot⁹ tm̃. ut aqua. aut secundũ q̃ ẽ pot⁹ & cibus. ut Vinũ. aut secundũ q̃ ẽ pot⁹ & medicina ut acetũ. prim⁹. cibũ p corp⁹ ducit. secundus. nutrit. terti⁹ alterat. hec de potu. & cibo: pri⁹ dicta sufficiant. Verũ quum de cibo & potu suf

ficienter mentionē fecerim9. sic aūt manifestum ipsorꝫ neutrꝫ esse sine saporib9. nec sine odorib9 neqꝫ ēt sine colorib9. patet ꝙ si ḋhis aliquā ēt mē tionē faciem9 non peccabim9, uel saltē non erit anathema. sed completior certe, & plenior, erit nostra breuiatio. dicam9 ergo de his, & primo de saporib9. De Saporibus.

De saporibus itaqꝫ prius loquens: dico ꝙ omnis sapor est duplex. simplex scilicet & compositus & simplex: iterꝫ multiplex. septuplex. s. secūdū Ippo. Plato. Aristo. Gale. & Rasim. ottuplex se cundum Auicennā & Mesuez. nonuplex uero se cundum Auerroim. & Arnaldum. secundum alios etiam decuplex. sed patet siquis recte con sideret principales species esse septem. ut predi cti dixere in arte legittimi Ippo. s. & Pla. Ari. atqꝫ. G cum quibus est & Rasis. quamuis Rasis ob misit salsum. quē assumpserunt. Alii. assum psit aūt insipidū. quē alii ob miserunt. sed mani festum ē ꝙ ipse ipse intellexit salsum. sub ama ro quem admodum alii intellexerunt insipidū sub dulci. de quo insipido Auicenna quum mē tionē fecit: aliorū autoritate assignās q̄li sapo res fūdatur in substātia subtili: uel grossa uel me dia: calida uel frigida: uł tēperata: dixit: quū fū datꝰ medicina i substātia eq̄li: i subtilitate & gros sitie. media. dicūt q̄dā ꝙ est isipida. & subdidit

ipe. & isipida sunt uerba. quis ipsemet Aui. de eodē insipido loquens dicat q est duplex quorū un9 ē talis. uere. Alius uero ē talis solū iudicio sensus. Rasis uero ponit ip3 triplicē: dicit. n. insipidū aliud est quod magis nutrit. qđ equalitati uicinū ē. aliud qđ tēperate calefacit. aliud est qđ tēperate infrigidat. S3 redeamus dicentes primas spēs sapoꝝ esse septē: ut dicamus. s. stipticū pōticū. amarum. salsum. acrē. acetosum. & dulce3: quos in libro de simplicib9. G. numerat auctoritate Platonis quanuis dicat stiptici. & pontici. unā esse spē3. solū differentē. in eo q magis: & minus. quod ēt uidet̃ inuere de amaro. & salso qb9 addit & baurachiū. simile facit de insipido. & dulci. quib9 addit & unctuosu3. uel oleaginosum. & cū his uocatū mellinū. Ex cuius auctoritate patet: predictoꝝ saporū numeru3 posse idifferēter multiplicari: & paucificari. pp q medici ut dixit Aui. dixerunt ipsos esse nouē. quos tā ipse secundo canonū: q Auer. quinto colliget. q Arnal. in speculo numerat sic. u3. dulcē: amarū salsum: acetosum. ponticū: stipticū: unctuosu3 insipidu3: nō tn̄ oēs eodē ordine pcedunt: sed diuerso qlibet. Mesue uero pōticum subticuit. De his uero: qnq3: dicūt ēē calidos. u3. acutu3: amarum: salsum: dulcem: & unctuosum. quatuor frigidos uidelicet insipidum: acetosum. stipticu3: ponticū: & de simplicibus hactenus: nunc decō

acutum
amarum
salsum } calidi
dulcem
unctuosum

insipidum
acetosum } frigidi
stipticum
ponticum

positis paucas. De quibus dico q oīs sapor compositus. est duplex secūdū numerum. uз. & secūdum speciem. Secūdū numerum: ut quū duo. uel tres. uel plures sapores. cōiuguntur ī aliquo cōplexionato. secundū speciem uero multipliciter. secundū q multiplicia sunt cōplexionata: diuersarum specierū in qbus & compositio numeri maxime relucet. Patet. n. q igalāga: cōpositio fit exacuto & stiptico. In licio uero exstiptico & amaro. ī mirabolanis uero citrinis & kebulis. ex amaro & pōtico. sicut ī emblicis ex pōtico & accido. In cinamomo uero: ex acuto & dulci & stiptico. In melongena uero ex acuto stiptico & amaro. In eniduia uero. ex amaro & insipido. In aqua marina: ex amaro. & salso. In melle cocto uel antiquato ex acuto & dulci. & sic de similibus. quorum esset longum enarrare & transgrederemur nimis breuiatis uiaз quā etiā excessimus plusquam uellemus. Sed rei necessitas. & sapientum uarietas: ab instituto deuiare nos coegit. Sed finem īponentes dicamus de odoribus.

De Odoribus.

Odores ut concorditer dicunt omnes medici ī effectibus & significatis & causatis suis. īpīrib9 dispositionibus sequuntur sapores quamuis sint in omni eorū significato debiliores saporib9 &

odor ex calido napo

min9 certi q̄ illi sicut colores sũt debiliores odo
ribus. & eiisdem etiã minus certi. Verum ꝙ de
eis plurimum habemus est. ꝙ res q̄bus sunt odo
res: sunt calide ꝓculdubio. quũ plurimu3 uapo
ris ñ sit nisi ex caliditate. & quu3 sit uapor. odo
ris ꝓpria substantia: cuius sensus ut. G. dicit
proprie est inuentribus cerebri. Non tñ ꝓpter
hoc intelligere debemus. ꝙ omnis res odorifera
sit solum calida: quu3 appareat contrariu3 ĩ cam
phora. & in rosa. & ĩ uiola. & ĩ nenuphare. & in
sandalo & similibus. sed solũ ꝙ fundat odor in
substãtia calida uaporabili. nec ẽt ẽ intelligẽdũ
ꝙ omne id cui ẽ odor: sit odoris boni. & suauis.
quũ nõ oĩs odor sit cõueniens spiritibus q̄ sunt
inuentribus cerebri. sed aliq̄d eius est disconue
niens. pp ꝙ fiunt prime odorũ differentie due.
quaꝝ una est ut sit odor dilect9. & delectabilis.
Alia ut sit tristans & tristabilis. Veꝝ delectabi
lis secũdũ. G. ẽ una. tristabilis pluris. Dicit. n.
G. ꝙ sicut de saporib9 q̄ occurrunt lingue qui
cõueniens ẽ est dulcis: & q̄ nõ est cõueniens: est
pluriũ specieꝝ diuersaꝝ. similiter deodoribus.
q̄ ẽ cõueniens spiritui q̄ est incerebro est dilect9.
& delectabilis. & q̄ non ẽ conueniẽs ẽ multaru3
specierum: & multoru3 modorũ. Verum nõ sũt
omnibus speciebus eius nomina ĩposita sicut in
posita sunt saporibus. quasdam tñ ipsaꝝũ appel

labimus nominibus sapoꝝ . pp ꝙ dicimus odo
rem acrē: & acutū: q̃uis non dicamus ponticū.
uel amarū: uel salsum: deniq; oēs saporis drīāꝫ
distinguimus: & declaramus: ꝑbonū: uel malū.
seu delectabilē: & tristabilem: uel aromaticum.
& fetidum: uel gratum: & īgratū: uel suauē: &
horribilem. & dicimus ꝙ ois odor bonus: grat⁹:
suauis. delectabilis: & aromatic9/ dilatat animā
& spirit⁹: & uirtutes reparat. & ꝙ īgratus . isua
uis. tristans. & fetidus. cōtrarium horuꝫ facit. &
secundum hanc retionem dicitur ꝙ spiritus gau
dent odoribus. & ꝙ ipsi sunt de maxime releuan
tibus & confortantibus uirtutem. Fetores uero
spiritus dissoluunt: & uirtutem ꝓsteinūt. & hęc
de odoribus dicta sufficiāt. dicam9 de colorib9

De Coloribus.

De coloribus dicentes nunc. id in primis dicere
habemus. ꝙ sicut sapores: & odores: fundantur
principaliter in substantia calida: uel frigida.
quare super eis in eorum significatis aliqualiter
attestantur. quamuis sint eorum significata de
bilia: et debiliora significatis . quę de odorib9
habentur/ ut supra dicebatur/ nunquid his: qui
habentur de saporibus. Similiter in muratio no
strorum corporū quę per colores fit: est leuis. et
modica. respectu eius quę fit ꝑ odores. et ꝑ sapo
res. Verū plurimum ꝙ nos imutat de coloribus

est albus. lucidus. qui & uisum disgregat: & cō
fortat: īterdū. ac letificat. propter similitudinē
spiritus uisibilis cum illo. & niger tenebrosus. q
quāuis uirtutez uniat: & spiritus congreget: tñ
contristat. propter contrarietatē eius cū spiritu
uisibili: & rubeus. q interdū mouet extimatiuā
fortiter. propter q̄ prohibemus patientes emora
giam. ut dicit. G. i. sanguinis fluxū exnaribus:
inspicere res rubeas. & patiētes uariolas. & mor
billos: precipimus rubeis cohoperiri pannis: &
ipsos sepe rubea intueri: & Viridis. q. ut Ari.
docuit istruens Alexandrū. uisuz confortat. pre
sertim si respiciatur prius per paruas rimulas: &
uari9. maxime delectabilis. ut uarietas & diuer
sitas q̄ in pratis: & uiridariis: uidetur florum. s.
fructuū arborū. herbarū. holerū. & similiuz: de
quibus ēt est pictura & alia similia. quā iubem9
īspici alitargicis. & melancolicis. qbus ēt splen
dida oīa offerri precipimus. quę tñ infreneticis
detestamus. & hęc de eorū: uel motibus. uel im
pressionibus. īcorpora nostra. sed de significatis
eorum: omnes Medici sunt concordes q̄ leuiter
& absq3 certitudine significant. Verum tñ ī pluri
b9 Albedo attestatur frigiditati. similiter & pal
ledo & fuscedo. sicut nigredo & rubedo & citri
nitas. caliditati. licet non i omnib9: ut dixi: hęc
habeant ueritatem. plurimuz tñ eius quod uerū



